



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Homili-||arvm Sive Sermo-||num doctissimi uiri loh. Eckij
ad-||uersum quoscunq[ue] nostri || temporis hæreticos,||
super Euangelia || de tempore || ... Tomvs ...**

... à Pascha usque || ad Aduentum,|| ...

Eck, Johannes

1534

VD16 E 292

Dom. VIII. post pent. Euan. Iteru[m] cum turba multa Marci 8. Homiliæ
duæ

urn:nbn:de:hbz:466:1-35259

Augustin. Quod facit illud Augustini, Nemo malus est, qui non ante
L. i. cōfess tea maximum sibi inferat malū. Et idem istud eiusdem
Chrystost. Iussisti domine, & ita est, ut sibi sit pœna omnis inordinatus
 animus. Sic Chrystostomus inquit, Nemo læditur nisi à seipso. quod & peculiari libro profecurus est ille. Quis
 quis ergo dum se ulcisci cupit, malum insigere tentat proximo
Hier. sup suo in corpore uel bonis alijs, sibi multo maximum
Psalm. 36 infert in animo. Atque hoc est quod Augustinus ait, In
Parte. 2 corpore occidere uoluerunt, in anima moriuntur: gladius
 quoque ante penetrat animam persequentis, & corpus
 illius qui offenditur. Aut quæ malum dementia est, quod
 ubi quis paululum tibi ademerit bonorum, statim ipse tibi
 auferre conaris cælum? Nolite ergo uinci & superari
 ab ira, sed furorem istum potius quam potestis fortissime,
 etiam catenis constringite, atque illud Pauli consilium se
Roma. 12 quimini, cū ait: Noli uinci à malo, sed uince in bono ma-
 lum. Dimittite proximis uestris, & dimittet uobis deus,
Luce. 6 quoniam cum dimiseritis hominibus delicta sua, etiã pa-
Matth. 6 ter uester cælestis remittet uobis peccata uestra. Dimitti-
 te inquam iuxta Sapientis consilium proximis uestris q
 nocuere uobis, & uicissim cum oraueritis, dimittentur uo
 bis peccata uestra. Honestum erit uobis coram deo & ho-
 minibus, si concordēs & pacifici sine contentione uixerit-
Proue. 20 tis: quoniam, ut ait Salomon, honor est homini qui sepa-
 rat se à contentionibus. Omnes autem stulti miscentur cõ-
Matth. 6 tumelijs. Expendite quod oratis quotidie, Domine, dimi-
 te nobis debita nostra, sicut & nos dimittimus debitoribus
 nostris, & misericors utiq; nobis erit **IESVS CHRISTVS**
 dominus noster, Amen.

DOMINICA VIII.

POST FESTVM PENTE

costes, *Euangelium Marci*
octauo.



IN diebus illis, iterum ^{Matth. 15}
cum turba multa esset ^{Sup. 6}
cum Iesu, nec haberent
quod manducarent, con-
uocatis discipulis, ait il-
lis: Misereor sup turbā,
quia ecce iam triduo sus-
tinēt me, nec habent qđ
manducant: & si dimise-
ro eos ieiunos in domū
suam, deficiēt in uia. qui-

dam enim ex hīs de longe uenerunt. Et responde-
runt ei discipuli sui: Vnde illos quis poterit satu-
rare panibus in solitudine? Et interrogauit eos,
Quot panes habetis? Qui dixerunt: Septem. Et
præcepit turbæ discumbere super terram. Et ac-
cipiens septem pates, gratias agens fregit, & da-
bat discipulis suis ut apponerent, & apposuerūt
turbæ. Et habebāt pisciculos paucos, & ipsos be-
nedixit & iussit apponi. Et manducauerunt, & sa-
turati sunt, & sustulerunt quod superauerat de
fragmentis, septem sportas. Erant autem qui mā-
ducauerant, quasi quatuor millia, & dimisit eos.

^{Infr. eod.}
^{Sup. 6}
^{Johan. 6}

HOMILIA I.

Alitudinem, inquit Augustinus, diuinitatis suæ et
misericordiam humanitatis, multis & varijs mo-
dis in scripturis sanctis dominus noster IESVS
Christus ostendit, quæadmodū solet, mysterijs & sacramētis. ^{Augustin.}

Beda.

Omnia enim miracula quæ in hoc mûdo nobis super nos-
træ fragilitatis uelamento exhibuit, in nostrum nobis
commodum cedunt & salutem: quando non uerbo tantû;
sed etiam opere potenter nos erudiuit, sicut in hac quoq;
lectiõne cõsideranda est in uno eodemq; redemptore no-
stro, distincta operatio diuinitatis & humanitatis. Namq;
q; misertus est dominus turbis, ne deficerent ex longo iti-
nere & contabescerent, compassionem declarauit huma-
næ naturæ: quod autem septem panibus & paucis piscicu-
lis satiãuit quatuor millia hominum, opus esse credimus
diuinæ uirtutis. Sed nos iam textû ipsum adgrediamur.

Johan. 6

¶ In diebus illis, inquit Marcus, iterum cum turba mul-
ta esset, nec haberent quod manducarent. In quibusnã di-
ebus, inquires? Respondeo, in quibus filia mulieris Cha-
nanæ sanauit, reuersusq; ad mare Galilææ in medio De-
capoleos, mutum & surdum curauit, tunc inquam turba
multa conuenit & adcurrit ad Iesum in ijs ipsis diebus. Et
noranter ait Marcus, In diebus illis iterum, cû turba mul-
ta esset, quo uerbo euangelista latenter insinuat miracu-
lum istud cum quinq; panibus & quinq; millibus hominû,
iam ante fuisse factum à domino: atq; adeo in ipso Apri-
li, ut adfirmant doctores, circa tempus paschale. Vnde pa-
ter Christum pro sua benignitate bis populum mirabili-
ter satiãsse, neq; idem esse hoc cum eo, quod apud Iohan-
nem est, miraculo. Vnum tãmen & idem est hoc cum illo

Matth. 15

Matthæi. Atq; in hoc principio immensa ipsius apparet
misericordia, simulq; gemina declaratur refectio, sicut de
inceps dicturi sumus. Cum ergo turba multa esset cum do-
mino, quamuis non eodem omnes animo, nec haberent
quod manducarent, operæ precium erat exhibere miracu-
lum, siquidem ægre licebat hic quod ederent adipisci. Hic
itaq; ille, ut deus uerus misericorditer opem eis ferebat, si-

Jacobi &
Luc. 12

quidem dat omnibus abundanter, & nemini exprobrat,
sicut & ipse docuit, iussitq; nos sollicitos non esse, quid mā-
ducemus & bibamus, quoniam pater noster cælestis sciat
quibus opus habeamus. Quærit hic Chrysoströmus, cur tã-
dem hic apostoli non rogãrunt dominum, ut dimitteret

Chrysostr.

Matt. 14

plebem, sicut alibi dixerat, Dimittite turbas ut euntes in
castella emant sibi escas. Respondet ad hoc, quod aut iam

meliores fortioresq; in fide facti fuerant apostoli: aut eti-
am quia multitudinem non nimia inedia uexari, sed glo-
ficari deum in ihs, quæ facta erant, uidebant.

2. ¶ **A**it ergo dominus, **M**isereor super turbam. vene-
rat hæc audire doctrinam Christi, & gratiam sanitatis ad
ipsi super infirmis: atq; ideo non petebant cibum ex il- **Chryfost.**
lo, sed ipse ea est misericordia dominus, ut ultro curã ge-
rar eorum nostrumq; omnium, & non raro largiatur ihs,
qui petere non audent. **C**onuocauit hic discipulos, non q
eorum indigeret opera, ipse per se sciens quid ageret, sic-
ut in simili casu dicit etiam Iohannes, sed ut esset hæc no-
bis informatio salutaris & exemplum nobile, q & præla-
ti, magistri & superiores consilia requireere debeant in **Iohan. 6**
riorum, non raro penes infimæ sortis homines fidele la-
ter consilium. sæpe enim & olitor est opportuna locutus. **C**onsule
Eius rei en exemplum tibi egregium in **Moyse**, quo quis **cũ inferio.**
obsecro fuit uel intelligentior, uel sapientior, princeps
prophetarum & amicus dei summus: atqui huic tamen se-
tro consilium melius sibi dedit, quàm ipse sibi. suauis enim ne
solus uniuersam audiret plebem, siquidem sic seipsum in- **Exodi. 18**
utili absumeret opera & populum. **C**onsuluit ergo, ut sapi-
entes & bonos uiros eligeret, qui iudicijs præessent, ipseq; **Deute. 1**
interim in ihs esset, quæ ad deum pertinent pro populo,
quoniam altis non posset solus tanto sufficere ponderi.
Consultum hoc quidem esset etiam nostris temporibus,
interdum etiam inferiorum amplecti & non spernere cõ-
silia. Poruit & in hoc uocare apostolos, ut opere ipso eru-
diret & confirmaret eos in fide. **M**isereor, inquit, super tur-
bam. **M**irissimus ecce dominus miseretur ipse. **E**t tu itaq;
Christianus esse uis diues, etiam esto misericors. Iuxta li-
teram satis apertus est hic textus, quod totum triduum se-
cuti fuerant dominum, & quidam eorum parum cibi sum-
pserant secum: quod quid mirum, si iam absumptum? **Q**uæ
etiam ratio est, cur non antè miraculum exhibuit domi-
nus, quàm communis per uniuersam plebem defectus ex-
oriretur. **S**ensu autem mystico & spiritali hoc exponit do-
minus de gentib⁹, quæ nil habuerunt quod manducarẽt,
nullam scripturam sacram, sicut **Iudæi** **Moyse** & prophē-
tas. **V**enerunt ergo gentes à longe ad **C**hristum: ideoq; hæc

Beda.

trahit eas libris noui testamenti. Beda sic inquit, turba triduo dominum propter sanationem infirmorum suorum sustinet, cum electi quique fide sanctae trinitatis laudati, domino pro suis suorumque peccatis, animae uidelicet languoribus, perseveranti instantia supplicant.

¶ Potest etiam hic populus significari Christianus, dum per penitentiam peccatorum se conuertit ad deum in opere, uerbo & cogitatione. poteratque ille deficere in uia, nisi pascuis doctrinae sanae pasceretur. Ex istis qui penitentiam operantur, alius alio uenit remotius, alius propinquus, pro ratione peccatorum. A longinquo adueniunt homicidae, praedones, blasphemii, & istis confimiles alii. Atque quo magis aliquis in erroribus & operibus malis oberrauit, eo longius recessit ab omnipotente deo. Et sic mirum Iudaei ex propinquo, gentes autem uenerunt a longinquo.

Ephe. 2

ge, iuxta illud Pauli: Nunc in Christo Iesu uos qui aliquando eratis longe, facti estis prope in sanguine Christi. Potest etiam hoc triduum ad triplicem statum referri, naturae, legis & prophetiae, uel moraliter ad tres partes penitentiae, contritionem, confessionem & satisfactionem, sic enim populus quod manducet non habet, quod nos quae sine gratia dei facere nil possumus uel bonum uel meritorium.

**Johan. 15
2. Corin. 3**

Cum itaque Christus a nobis recessit in uia, tunc deficimus, siquidem sine eo facere nil possumus, neque sufficienter cogitare aliquid ex nobis tanquam ex nobis, sed omnis sufficientia nostra ex deo est, qui nos uerbo suo praescit in intellectu, gratia in uoluntate, & corpore in sacramento.

Chrysost.

3. ¶ Et responderunt ei discipuli, Vnde istos quis poterit hic saturare panibus in solitudine? Ecce quomodo discipuli adhuc serpunt, & quamuis multa fecerit atque dixerit, ut prioris miraculi memoriam haberent, tamen quae si nulla re admoniti, imperfectiores adhuc interrogant: Vnde nobis tot panes in solitudine? Quam bene tamen hoc deus sic disposuit ad astruendam miraculi magnitudinem? ne enim quis suspicaret panes esse allatos ex proximo, illud exhibuit in solitudine. Sed apostoli uerba Christi non satis diligenter expenderunt, cum dixit: Si dimisero eos ieiunos, deficient in uia, quibus ille declarare uo-

luit potestatem esse sibi nutriendi eos, ne deficeret: quod cum discipuli non intelligerent, interrogauit eos, quos haberent panes. & responderunt, septem. neque hic diuinam animaduertebant potentiam, quam paulo ante exhibuerat in quinque millibus hominum paucis panibus refectis. & iam olim in multis millibus Iudæorum, quos quadraginta annis pavit in deserto, item in muliere illa, quæ modico oleo prophetam cum uniuersa familia refecit, & in altera ista uidua Elisei. Porro panes illi septem mystice referri possunt ad septem dona spiritus sancti, ad uirtutem septem sacramentorum, uel etiam ad septem conditiones uerbi dei, quæ sunt, illuminare in fide, ædificare in spe, incendere in charitate, diuinam potestatem impartiri, plenam & perfectam elargiri libertatem, fortiter pugnare contra omnem iniustitiam, & uniuersam superare falsitatem. (non prosequor, quia nihil facilius symbolica theologia.) Bene, inquit Beda, septem panes in mysterio noui testamenti ponuntur ob septiformem spiritus sancti gratiam, neque hordeacei esse produntur, sicut illi quinq; de quibus quinque millia hominum sunt saturata, ne sicut in lege, uitale alimentum corporalibus figuris obtegeretur. Iubet autem dominus turbis discumbere super terram, apud Iohannem sedebant in feno seu gramine. Ad quam rem multa pertinentia uide in homilijs dominicæ Lætare. Acceptos autem illos panes septem benedixit dominus, gratias egit, & dedit discipulis ut proponerent turbis. Paululum hic erat panis, sed utur illud fuerit modicum, tamen bene satiavit tantam hominum multitudinem, idq; ex benedictione diuina. Discamus igitur & nos hinc spem & fiduciam nostram magis reponere in gratiâ & benedictionem dei, quam diuitias nostras. siquidem benedictio dei facit, ut feliciter nobis cedant bona nostra, sicut ipse sathan ueritatem uel inuitus profiterur, de Iob dicēs: Operibus manuum eius benedixisti, & possessio eius creuit in terra. Idipsum experimur ad huc quædam. Sunt. n. qui ex modico etiã uiuât honestissime & largiter: sunt cõtra q cū hæreditates habuerint amplissimas, peât misere. Cur id; inges, qm nõ e hic bñdictio dñi.

Johann. 6
Exodi. 16
Nume. 14

3. Reg. 17
4. Reg. 3
Septē panes.

Beda.

Job. 1.

Cæterum hic in fractione intelligunt doctores, & uolunt nos ultro atq; libenter panem frangere & distribuere debere in eleemosynas pauperum. Distribuenda est eleemosyna, bona pauperibus etiam communicanda sunt, nõ in cumulum coaceruanda. Chrysoftomus ait ipsum hic dominum panes in manibus discipulorum multiplicasse. Alij dicunt discipulos iam in manibus Christi multiplicatos erogasse & distribuisse turbis. Sic & adhuc cutq; proponit deus quotidie bona sua, quibus singuli operetur, alij plus, alij minus, sicut in parabola talentorum ipse declarat.

4. ¶ Pauculi quoq; hic aderant pisciculi, & eos benedixit dominus, iussitq; proponi turbis. Benedictione hæc piscium fecit, partim ut & ipsi inter manus discipulorum multiplicarentur, partim ut essent sapidiores. sic enim & panem in deserto dedit dominus patribus, omne delectamentum in se habentem. At tu hic mihi considera, quod semel Christus in nuptiis donauit uinum, bis panes, hic & apud Iohannem, ac sæpius pisces, nunquam carnes, quod quidem in scriptura sit contentum, ut iam laudandi maxime sint Carthusiani nõ sine admiratione, quod per omnem uitam a carnibus abstinere, sicut Rechabite uinum non biberunt. Discant etiam hinc diuites in caritate annonæ, non retinere frumenta, cum uideant plebeculam ijs opus habere. Quin potius cogitent illi sibi quoq; ut hic discipulis, committere dominum, ut panes proponant. Audiant quoq; sapientem, & idem dicit eis: Qui abscondit frumenta, maledicetur in populis. Benedictio autem super caput uendentium. Sæpe & multum uobis diximus, & nunc quoq; idem repetimus, quoniam illud mihi quidem non molestum, uobis autem necessarium est. Valde exosam habet deus auaritiam, quæ plerunq; caritatis annonæ magna & bona causa est, dum sentit se deus, ut ait Hieronymus, in eleemosynis pauperum suorum fraudari, sicut de eleemosyna iam supra in certis hominibus multa diximus. Cum autem manducauerunt illi & saturati sunt, sustulerunt de fragmentis quod superauerat, septem sporras; & eorum qui manducauerant, erant quasi quatuor millia. Ecce quam uerum sit illud quod de eleemosyna superius diximus, ne quis cogitet se eo minus habere, quod multa

Chrysof.

Matth. 25

Sapi. 16
Joh. 2. 6.

Jeremi. 35

Proue. 11

Hierony.

elargitur pauperibus. Quoniam hic apostoli ex septem panibus sustulerunt septem sportas. Vsq; adeo largiter benedicit deus bonis illius, qui libenter largitur pauperibus. Sic & Salomon testatur, inquit: Honora dominum de tua substantia, & de primitiis frugum tuarum da pauperi *Prove. 3* bus, & implebuntur horrea tua hubertate, & torcularia tua uino abundabunt. Sicut autem in temporalibus, ita in spiritualibus etiam bonis se res habet. Caue enim cogites, dum pro parentibus tuis oras dominum, dum pro eo iuge das elemosynam, pro liberis ieiunas, peregrinarius pro fratribus aut sororibus, ideoq; opera illa minus tibi prodesse apud dominum deum, nihil minus. imo communitario ista opera facit magis meritoria, magisq; placere deo, sicut ad Corinthios dicit Paulus: Qui administrat semen seminanti, & panem ad manducandum praestabit, *2. Cori. 9.* & multiplicabit semen uestrum, & auget incrementa frugum iustitiae uestrae. Et paulo ante, Ut in omnibus semper omnem sufficientiam habentes, abundetis in omne opus bonum. Quod autem hic pluribus panibus pauciorum hominum copiam satiavit, quam apud Iohannem (siquidem hic septem panibus quatuor tantum millia hominum satiavit, illic panibus quinque totidem hominum millia) ob discrimen amborum signorum factum esse adfirmat Chrysostomus, & ait: Ne reliquiarum aequalitas miracula confunderet, & obliuionem obduceret, hoc discrimen *Chrysost.* hac differentia utriusq; signi memoriam uoluit confirmare. Voluit quoque simul ille ineffabilem suam hic declarare uirtutem, & quod omnia possit pro beneplacito suo, quodq; paucis panibus facile potuerit tantam satiare hominum multitudinem, pluribus adhuc remanentibus fragmentis, quam ante fuerant panes. Nos iam coniunctis precibus oremus dominum pro omni calamitate ecclesiastica, pro parentibus nostris, benefactoribus, fautoribus, & pro omnibus, pro quibus ille nos uult uelle & debere orare, quibusq; autores fuimus peccandi, uel etiam qui ipsi nobis, & pro omnibus defunctis, Amen.

FF

- Augustin.** Virtutes domini, inquit Augustinus, manifestissime credimus esse factas in presenti: sed quid lateat in mysterio, ipsius gratia donare requiramus, eo maxime, quod & uerbo & facto ille nos docuit exquisitissime.
- Hierony.** Principio autem expositionem Hieronymi uideamus, qui panes illos septem, ait significare dona septem spūs sancti: quatuor millia hominum, nouum designant testamentum cum temporibus quatuor: fragmenta autē reliqua, intellectum mysticum primorum septem dierū siue hebdomadis primæ: septem sportæ, septem illæ sunt ecclesie primæ: pisciculi benedicti, libri sunt noui testamēti. sic enim & Christus post resurrectionem suam petiit partem piscis assi. Atq; quando apparuit discipulis suis in piscatione, illi cum uenissent ad littus, uiderunt carbones & super ijs piscem. Breuia sunt hæc & constricta admodū, neque multum intelligentiæ capietis inde, nos itaq; paulo amplius hæc uobis explicabimus.
- Augustin.** ¶ Augustinus utranq; illam historiam simul conuenit & ait: Prior illa parabola pertinet ad Iudæos, ista uero ad gentes; illic quinque panes fuerunt, hoc est, quinque libri Moysi, rudes & hordeacei, hic autem panes septem fuerunt: quoniam uisibiliter datus est spiritus sanctus in donis suis, quæ iam olim præuiderat Isaias. In priori illa ex reliquijs impleuerunt cophinos duodecim, tribus duodecim Iudæorum, iuxta numerum patriarcharum duodecim: in hac uero historia apostoli septem tantum sportas sustulerunt, quæ designant ecclesias septem, aut etiam candelabra aurea septem. Pisces duo, duo sunt testamenta, liber omnium prophetarum, & sermo Iohannis. Iste sedet in scæno, hic super terram. Vtrinq; una conuersatio, gratia una, una & eadem uirrus & deiras una fuit. Iste in scæno sederunt, hoc est, quia mortificauerunt opera carnis, omnis enim caro scænum, inquit propheta. hic autem sedent super terram, dum opera terrena cōculcant. Iste resecta sunt quinque millia, qui numerus ad Iudæos pertinet.
- Iohā. 21.**
- Iohā. 6.**
- Isaie. 40.**

siquidem statim post Christi ascensionem baptizata sunt
 quinque millia illorum ad sermonem piscatoris. *Actus. 4.* Sic autem
 quatuor millia tantum pavit dominus, quod ad gentes spe-
 ctat, ex quatuor partibus mundi congregatas & septiformi
 spiritus sancti gratia repletas. Quando igitur nos Chri-
 stiani impleri sumus & repleti non libris Mosaicis, sed se-
 ptem panibus, septem inquam donis spiritus sancti, per-
 feuerare debemus in ea ipsa gratia, ut tandem vitam ac-
 quiramus æternam. Atque hæc expositio Augustini, Hieronymiana illa non paulo corpulentior & pinguior. Ve-
 rum tamen nos adhuc aliam inuestigabimus.

2. *¶* Hæc omnes doctores in hoc consentiunt, quod in
 priori illa historia uetus signetur testamentum, in hac al-
 tera nouum. Ideoque illic quinque fuere panes Moyse horde-
 acei, inspidi, duri, graues enim erant manus Moyse. Quis pa-
 nem illum soli habuere discipuli, non autem ista confusa
 nea multitudo populi. *Exodi. 17.* Quo significatur illud, quod libros
 istos quinque legales soli habuere Iudæi gens pusilla & mo-
 dica, non autem panem illum legis, habuit immensa ista
 multitudo gentium, quoniam non uenerunt ad Christum
 per legem Moyse, sed per fidem Christi Iesu. Præsens autem
 hæc historia nouum designat testamentum, in quo panes
 septem fuerunt triticeæ & mundissimi nouæ huius le-
 gis euangelicæ, qua pavit ille eos, qui uenerunt a longe,
 gentiles antehac in idololatria occupatos, nullaque in-
 structos, quæ in hoc tradita eis fuisset, scriptura. *Septem.*
 ex ipso panum numero patet septenario, qui nouo testa-
 mento & familiaris & plane peculiaris est, cum plurimum
 in se habeat perfectionis, deinde etiam ratione partium
 ex quibus conficitur, puta ternarij & quaternarij, uniuersa-
 litatem quandam in se concludat. *Aug. li. 11. de ciuitate dei c. 31.* Sicque lex noua supe-
 rioribus & ueteribus omnibus perfectior est, atque in
 commune uniuersum mundum colligat, extraque eam
 nemo saluatur. Et hoc est quod fidem illam nostram ca-
 tholicam dicimus, nosque ipsi catholici appellamur, quoni-
 am hanc fidem suscepimus: ex illis septem panibus quoque
 manducauimus, participantres de septiformi illa spiritus
 sancti gratia. Hæc enim est illa religio, quæ uiam præbet
 animæ liberandæ, quoniam nullus nisi hac liberari potest, hæc
Augustin.

FF ij

est una regalis uia, quæ sola ducit ad regnum,

- Catholi.** ¶ Errant itaq; neochristiani, dum se separant ab ecclesiæ catholicæ communionē. n̄ quia cœne huius **CHRISTI** participes non sunt, neq; septem dona spiritus sancti recipiunt, eo quod catholici non sunt, nec ad eos pertinet numerus hic septenarius, cum ipsi sibi nescio quem nouum effingere conantur numerum. Non sic autem faciunt, qui uere dicuntur & sunt catholici: permanent enim in mensa septem illorum panum, in unitate septem donorū spiritus sancti & totius ecclesiæ catholicæ. Sic itaq; illi septē panes in mysterio noui testamenti ponuntur: in quo septiformis gratia spiritus sancti plenius fidelibus cunctis, & credenda reuelatur, & credita datur. Ad hoc conuiuium inuitat nos diuinus ille p̄fates, quum ait, **Gustate & uideate**, quoniam suauis est dominus. Sic Petrus fideles interrogat, an ne gustārint quā suauis sit dominus. Hac cœna, ipsiusq; fructu potissimum fruuntur homines contenti platiui, segregati à mundo, & interius in spiritu ineffabilem sentientes tum suauitatem, tum uero maxime orientem ex suauitate lætitiā. Qua de re nisi expertus, loqui cōmode nemo potest. Posset autem id omne per uniuersam scripturam & singula dona spiritus sancti deduci. siquidē & timor dei quamuis tristitiam in se habet, gaudio tamen non caret interno, ut recte ille quoq; panis dicatur doloris, de quo, **Surgite**, inquit Dauid, postquam sederitis, qui manducatis panem doloris. Timorem nanque interna sequitur requies & tranquillitas animi, ita ut homo deinceps per piam meditationem eleuet sese ad deum in uita contemplatiua. Quomodo autem apostoli & discipuli ecclesiæ ministri, septem illos panes sacramentorum populo exhibeant, & eum pascant, lubens uolensq; iam studio breuitatis prætereo: quoniam & per symbola facilis est transitus, quia scriptura plena est symbolis. Et est facilis & pulcher modus prædicandi, atque simplici populo bene intelligibilis, & facile memorabilis, licet iam in periculoso isto tempore, in contemptum uenerit diuinus ille prædicandi modus, populo infecto, & pro fabulis iudicante translationes à uisibilibus ad inuisibilia. Gaudent uero & superbiunt, quasi eis pateat aditus ad sancta sancto

rum scripturas uolunt claras & multas allegationes, & se-
 onerant inuolucris uerborum & multis autoritatibus, ne
 scientes interea quid aut de quo loquantur.

3. ¶ Accipis itaque panibus septem, gratias egit do-
 minus & fregit. **Quandiu panes in manus non accipit do-
 minus, nihil agitur, iuxta illud quod ipse dixit: Sine me** **Johan. 15**
nihil potestis facere. Quomodo & ecclesia canit: Prote-
ctor in te sperantium deus, sine quo nihil est ualidum, ni-
hil sanctum. Et in alia collecta, Deus sine quo nihil po-
test humana fragilitas: frustra etiam diu clamabit prædi-
cator, & panes porriget populo, nisi dominus per grati-
am suam panes acceperit in sanctas ac uenerabiles man-
us, sicq; gratias agat & frangat. sic enim per benedictionem
dei illud omne feliciter proueniet & abundabit.

¶ **Quamobrem & Dauid inquit, Aperis domine manu** **Psal. 144.**
tuam, & imple omne animal benedictione, & sic quoque
benedixit ille operi manuum Iob. atque possessio ipsius
creuit super terram, fregit insuper dominus panes in di-
uisione & communionem. Salutare enim hoc est & pium,
ex iis quæ alicui deus imperitus est, etiam largiter distri-
buere pauperibus, (uide supra in materia elemosynæ) **Beda.**
Beda sic dicit, Accipiens dominus panes dabat discipulis,
ut ipsi acceptos turbæ apponerent: quia spiritalis dona
scientiæ tribuens apostolis, per eorum ministerium uo-
luit ecclesiæ suæ per orbem uitæ cibaria distribuere. Quia
autem fregit panes, quos discipulis daret apertionem de-
signat sacramentorum, quibus ad perpetuam salutem nu-
tritus erat mundus. Frangere etiam in sacris literis si-
gnificat exponere & declarare, sicut duobus illis euntib⁹
in Emaus aperuit intellectum, ut intelligerent scriptu- **Luc. 24.**
ras. Iohannes quoq; sic ait, Leo de tribu Iuda, radix Daui-
dis aperiet librum, & soluet signacula eius septem. Panē
autem fractum dedit discipulis suis, nisi enim dominus do-
cuerit aliquem, panem hunc integrum esse, minister ec-
clesiæ intelligere non poterit. Cum primum uero frege-
rit dominus, tunc dat ut amplius distribuatur & propona-
tur turbis. Ecce libere & largiter ille dat discipulis, ut sic
illorum successores liberaliter rursus expendant, non Si-
moniacæ, quoniam sic inquit Mattheus, Gratis accepistis, **Matth. 10**

gratis date: quamuis sustentatio modis omnibus necessaria est, sicut alio sermone declaratum est. Proponere illi debent turbis, quoniam omnis potestas apostolis & praelatis ecclesie data, data est propter ipsum populum. unde

Matth. 24

& dominus seruum illum laudat & ait, **Fidelis seruus & prudens**, quem constituit dominus suus super familiam suam, ut det illis cibum in tempore. Et quamuis rectores ecclesie potestatem habent, sicut ait Paulus, paratum esse se ad uincendam omnem inobedientiam, neque erubescere se, si quod amplius fuerit, gloriatus de potestate sua quam dedit illi dominus, & alibi minatur se uenturum in uirga, at tamen omne officium suum & potestatem ministerium uocat, qui sic: quoniam potestatem illam non habet propter se, sed in gratiam populi & comunione uni-

1. Cor. 10.

uersae, quare & ibidem dicit: **Sic nos existimet homo ut ministros dei, & deinceps, qui idoneos nos fecit esse ministros noui testamenti.** Atque in uniuersum de omnibus qui in sublimi positi sunt dignitate & potestate, dicit, quia ministri dei sunt. Ita hic quoque discipuli panem a Christo factum proposuerunt turbis. **Quid puras autem futurum de his, qui panes quidem acceperunt a domino deo, gratiam, dona scientiae & doctrinae, sed non proponunt turbis, imo neque ipsi utuntur neque exercent? cuiusmodi sunt illi scilicet belluli doctores, quibus dicit dominus illud quod seruo: Serue male & nequam, quare non dedisti pecuniam meam ad mensam, & ego ueniens cum usuris utique exegissem illud? Ignauis isti & pigri, qui nec laborare uolunt, neque**

2. Cor. 4

do dono dei fructum parere, durum sane subibunt supplicium: quoniam cum augentur dona, rationes etiam crescant donorum. Noui equidem istiusmodi pigellos plurimos, qui cum multa habeant a deo sibi dona concessa, sineque adpositi ad omnia, nihil tamen uolunt nec laborare, neque predicare, nec scribere, neque legere. **Ad extremum habuerunt & pisces modicos, per pisciculos, inquit Beda, sanctos intel-**

1. Cor. 4

ligimus illius temporis, quorum ipsa scriptura fidem, uitam & passiones contineat: qui de turbulentiis huius seculi fluctibus erepti, refectioem nobis internam, ne in huius mundi transeuntis excursu deficiamus, exemplo suae uel

2. Cor. 3

Roma, 13

uitae praebere uel mortis. **Nonnulli hoc sic exponunt,**

Luce 19

Gregori⁹

Beda:

Quando solus panis esus ingratus est, ideo adhiberi plerū
que aliquid solet, quod lapidiorem faciat panem, quæ ma
gna est consolatio, in argumentum eius, q̄ & prælati & p̄
dicatores ecclesiæ, cum populo panem scripturæ propo
nunt, simul adiungere debeant pisces, hoc est, internam
consolationem à deo promissam: puta cum iustitiam dei
& penam prædicant malorum, qui panis hominum est, **Matth. 5**
addant & pisces, dicant aliquid de suavitate misericordiæ
diuinæ. Dumq̄ eis panem fregit de angustia uiæ, quæ du
cit ad uitam, addit aliquid piscium ex consolatione illa, **Matth. 11**
quando omnes ad se uocauit dominus, dicens: Venite ad
me omnes qui laboratis & onerati estis, & ego reficiam uos.

collire iugum meum super uos. Iugum enim meum sua
de est, & onus meum leue. Atque hoc est quod Paulus ait, **Matth. 11**
Rogo uos fratres, ut sufferatis uerbū solatiij, q̄d scripsi uo
bis. Prædicatōrē .n. oportet nō semper asperā illā ingre
di uiam, sed nonnunq̄ etiam mansuetum esse & benignū. **Heb. 13**

¶ Sustulerunt ex panibus septem, septem sportas. Ecce
q̄ affatim abundat, quicquid in nomine Ch̄i expenditur,
sicut supra diximus in homilijs de elemosyna: neq̄ ideo
decedit quicq̄, sed abunde retribuit dominus, etiam p̄ pa
ne uno sportam integram implens. Verum abominabilis
istā apud deum & homines auaritia, dum non confidit
deo, malum & se dignū sortitur euentū. Docemur hic quo
que, quod dum p̄ximis nostris opa nostra bona commu
nicamus, orationes, ieiunia & quicquid est reliquorum,
nos nihil minus eo habemus atq̄ meremur. Sic qui in sa
crificio missæ, p̄ alijs etiam orat, quos cupit esse istiusmo
di fructus participes, ei nihil decedit: qm̄ hic deus dilectio
nem ex qua fit respicit, & adhuc, p̄ pane sportam retribuit.
Atq̄ hoc modo se res habet in omnibus fraternitatibus.
Sic Pharaō uidit septem spicas pullulare in culmo uno **Sene. 41**
plenas atq̄ formosas.

¶ Beda hic uult, quod dum apostoli tantum impleue
runt & sustulerunt sportas, ad apostolos & prælatos sic **Beda.**
referendum, sintq̄ hæc altioris perfectionis consilia, quæ **Matth. 19**
generalis fidelium altitudo nequit implendo attingere,
quorum executio prælatos respicit, quibus dicitur, ut ab
euntes uendant omnia quæ habent, & dent pauperi
ff iij

bus. Atque ad horum omnium conclusionem, hoc nobis ipse quoque numerus arguit, quatuor enim millia fuerunt eorum, qui manducauerunt, quo numero declaratur, eos euangelico esse refectos cibo. Dominus & deus, noster dignetur nos quoque gratia & misericordia sua pascere hic in corpore & anima, atque illic uisione sua beatifica. AMEN.

DOMINICA NONA POST FERIAS PENTE

costes euangelium

Matth. VII.

Infr. 23



In illo tempore dixit Iesus discipulis suis: Attendite à falsis prophetis, qui ueniunt ad uos in uestimentis ouium, intrinsecus autem sunt lupi rapaces. A fructibus eorum cognoscetis eos. Nunquid colligunt de spinis uuas, aut de tribulis ficus? Sic omnis ar-

*Luce. 6
Sup. 3.*

Roma. 2

bor bona fructus bonus facit, mala autem arbor fructus malos facit. Non potest autem arbor bona malos fructus facere, neque arbor mala bonos fructus facere. Omnis arbor quae non facit fructum bonum, excidetur & in ignem mittetur. Igitur ex